Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

auidus fumantia perster: hic quem percusserit distenditur. enor-
mique corpulentia necatur. ex tuberatum enim putredo sequitur.
de spectaulfico Spectaulficus aspis qui dum momorderit hominem statum eum
de cerasta consumit ita ut liquefi at totus in ore serpentis. Ceras tes
serpens dicitur eo quod in capite cornua habeat similia arietum.
cerasta enim greci cornua uocant. Sunt autem illi qua drigemina
cornicula quorum ostentatione ueluti esca illi ciens
sollicitata animalia perimit. totum enim corpus tegit harenis
nec ullum indicium sui prebet nisi ex ea parte qua inuitatas
aues uel animalia capit. Est autem flexuosus plusquam alie ser-
de scitale pentes ita ut spinam non habere uideatur. Scitalis serpens
uocata quod tanta prefulget tergi uarietate ut notarum gratia as-
picientes retardet. Et quia reptando pigrior est quos assequi
non ualet miraculo suo stupentes capit. Tanti autem feruoris
est ut etiam hiemis tempore exuuias corporis feruentes exponat.
de quo lucanus. Et scitalis sparsis etiam nunc sola pruinis exuuias
de anfibena positura suas. Anfibena dicta eo quod duo capita habeat
unum in loco suo alterum in cauda currens ex utroque capite
tractu corporis circulato. hec sola serpentium frigori se commit-
tit prima omnium procedens de qua idem lucanus. Et grauis in
geminum uergens caput amphisibena. cuius oculi lucent
de enydre ueluti lucerne. Enidris coluber in aqua uiuens. greci enim
aquam ydros uocant. Idros aquatilis serpens a quo icti obtur-
de ydra gescunt cuius quidam morbum boam dicunt eo quod fimo bouis
remedietur. Idra draco multorum capitum qualis fuit in lerna
palude prouincie archadie. hec latine excedra dicitur quod uno
ceso tria capita crescebant. sed hoc fabulosum est. Nam constat
idram locum fuisse euomentem aquas uastantem uicinam ciuita-
tem in quo uno meatu clauso multi erumpebant quod